MONUMENTA
GERMANIAE

sancti Nicolai straverunt. MCCLXV Hugo
de Lisignano[a] bailivus Cypri venit Ptholo-
maydam cum C.XXX militibus et aliis equiti-
bus; ultima Aprilis[b] captum est castrum Ar-
suph. Visum est tunc Ptholomayde clarum
signum quasi ~~crucis~~ ensis longitudinis lancee
percutere turrim ecclesie sancte crucis;
et fuerunt capti aut mortui Hospitalarii
XC et qui in castro erant universi CCC. m.[c]
et ducti in captivitatem Babylonie. Eodem
anno Jacobus rex Aragonum[d] Marchiam civi-
tatem Saracenorum olym regi Castelle tribu-
tariam capit. Anno sequenti multitudo
Saracenorum ex Affrica transiit + in Hyspa- f 26 verso
niam per angustum mare et multos Christianos col 2.
occidit, sed per cruce signatos superati sunt.

Eodem anno Bendogdar[e] VIII diebus stetitante
Acon nichilque egit nec [f]monti forti
s(ed) Saphet cepit XXIIII. Iunii et contra deditio-
nis pacta cunctos preter castellanum occidit.
Obtento enim castro post solis occasum misit
admiratum[g] suadens ut Saracenorum legem
suscipiant, aliogquin gladio cuncti perirent.
~~At~~ At universi duorum fratrum Minorum
qui aderant[h][a] sacris monitis tota nocte con-
fortati martirium potius elegerunt quam
Christi negare fidem fluebatque sanguis per montis

a) Lisigno (Lisignano?) Lusignan

b) ult. apl. c

c) m c milites?

d) aragon c

e) sic h. l. c.

f) s^e c (substantie?)

g) ad mratu c.

h) adh'eat c (adhereant)

mrinor c